

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe


Icones sive imagines virorum literis illustrium

Reusner, Nikolaus

Argentorati, 1587

Librarius lectori

[urn:nbn:de:bsz:31-271751](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-271751)



LIBRARIVS LECTORI

S.

ENaccipe, Benigne Lector, Centuriam unam Iconum & Elogiorum, aliquot demortuorum clarorum virorum, qui literis & ingenij monumentis illustres, Germaniæ præsertim nostræ inclaruerunt: quibus etiam intermixtos videbis nonnullos sectarum invidioso studio celebres: in quibus omnibus maximè fuit nobis propositum: ne vel calumniosè, vel contumeliosè in quenquam dictum aliquid apponeretur: ex quo vlli mortalium aliqua inde crearetur offensus. Neque enim de religionis potissimùm controversijs intempestivè iudicium ferre, huius loci aut temporis esse putavi: de his iudicent alij, ad quos ea res pertinet.

Spero autem vel planè potiùs confido: operam hanc nostram omnibus bonis & literarum amanti- bus non displicituram: & quia præter mortuorum Icones aliquot, adhuc domi magnam habeo copiã multorum præclarorum hominum, qui in vivis sunt, effigies: quas proximã æstate in lucem, Deo volente, editurus sum: equidem arbitror futurum, vt multi, quibus hic noster labor probabitur, missis alijs quoque saltem eorum veris imaginibus, quos hanc laudem mereri existimaverint, conatù hunc qualemcunque nostram adiuvere & promovere non graventur. Vale optime Lector, & frueri.